

Heinrich Müller

**Programma Quo Rector Universitatis Rostochiensis D. Henricus Müller/ Theol.
Prof. Ordinarius & ad Div. Mariae Pastor Ad iusta exequalia Viro ... Dn.
Christiano Klein/ I.U.Doctori & in Acad. hac. Professori ... Ab Uxore & liberis
moestissimis exsolvenda Omnia ordinum Cives Academicos peramanter invitati
: P.P. XXI. April. Anno M. DC. LXIV. sub sigillo Rectoratus**

Rostochii: Kilius, 1664

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn771256973>

Druck Freier  Zugang



Müller, H.,

in C. Klein.

R. 1664.



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn771256973/phys_0004](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn771256973/phys_0004)

DFG

PROGRAMMA
Quo
RECTOR
UNIVERSITATIS ROSTOCHIENSIS
D. H E N R I C U S Döller/

Theol. Prof. Ordinarius & ad Div.

Mariae Pastor

Ad justa exequalia

VIRO

Amplissimo, Consultissimo & Excellentissimo,

DN. CHRISTIANO

Gleitt/

J. U. Doctori & in Acad. hac Pro-

celeberrimo, Senatus Academicci

Affessori gravissimo,

nunc

BEATISSIMO,

more & liberis mœstissimis
exolvenda

Omnium ordinum Cives Academicos
peramanter invitati

P.P. XXI. April. Anno M. DC. LXIV.

sub sigillo Rectoratus.

ROSTOCHII, Typis JOHANNIS KILI, Acad. Typr.





Nerone fors non-
dum Tyranno cum ali-
quando Burrus præfe-
ctus exigeret, ut in quos
& ex qua causa animad-
verti vellet, subscribe-
ret, idq; sæpius dilatum
tandem faceret, tradita
etiam charta moneret, Imperator exclamavit,
Quam vellem nescire literas! Si qua fides, Cives
Academici, etiam ego *quam vellem jam nescire*
literas, dum oblata eam in rem Schedula de-
sideratissimi vestri Doctoris funus ut intimem,
compellor. Stupet mens dolore obruta.
Rigent manus. Vultum pallor obducit. Cor-
pustotum horror tremorve occupat, nec ani-
mus dolore subito, veluti sagitta, confossus la-
crymas prorumpere finit. Quem concordi-
bus Consulum & Senatorum suffragiis electum
Professorem juris ante menses aliquot præeun-
te sceptrorum Academicorum Majestate Re-
ctor

Etor Universitatis introduxi, nunc , proh do-
lor ! per hanc funeris inductionem educendus
mihi offertur ex mortalium cœtu, DOCTOR
voce & vita insignis, CHRISTIANUS re &
nomine probatus, KLEINIUS sibi seipsum.
abneganti,at MAXIMUS semper orbi literato
inventus. Ast quid faciendum ? Obtempe-
randum DEO, rerum humanarum moderato-
ri sapientissimo & benignissimo, qui non quod
nostrum est abstulit, sed suum repetiit. Fe-
renda sunt mortalia , nec perturbandus nim-
um iis est animus, quæ vitare nostræ non est
potestatis. Intimandum ergo mihi funus Vi-
ri Collegæ & Amici dum viveret conjunctissi-
mi, nunc eheu ! desideratissimi.

Romani viris benè de Republ. meritis ho-
norabiles, quas inductivas vocabant , exse-
quias parantes præconis voce per plateas cives
convocabant. At Scipione Æmiliano inopi-
na morte extincto non vulgaris præco , sed
Q. Metellus Macedonicus in publicum pro-
diens lessum funeralem his intimavit verbis;
Concurrite, concurrite cives, mœ-
nia urbis conciderunt, Certè Acade-
miarum Doctores & justitiæ præsides vera-
sunt firmaq; urbium munimenta, quibus sub-

tractis meritò in lugubrem hanc & exsequia-
lem erumpimus vocem ; Concurrite,
concurrite cives, urbis mœnia conci-
derunt. Voce hac tristi etiam ego hodie
vos convoco , cives optimi , ut funus comite-
mini Viri , qui pietate , justitia & precibus suis ,
veluti validissimis catapultis , ballistis & arieti-
bus contra malorum omne genus urbi huic ad-
stitit hactenus , sed nunc , eheu ! concidit.

Luge Schola Rostochiensis , in planctus
diffue & lacrymas studiosa juventus . Tuus ,
Schola , flos eximius ecce defloruit . Tuus , ju-
ventus , Doctor ductorq; industrius vitam cum
morte commutavit . Illum fata sustulere præ-
propera & communi subduxere utilitati , qui
ad Reipubl. literariæ commoda promovenda
præ mille aliis natus videbatur , Virum pietate
conspicuum , eruditione singularem , judicio
limatum , & qui

Rara avis in terris , nigroq; simillima cygno
candore eximum . Præclara ille complura
nobis de se pollicebatur , sed eheu ! invida Par-
ca præmatura sicolice ipsum virilis ætatis flo-
rem incidit . Funus certè hoc lessum solem-
nem , imo parentale sacrum meretur , quod
cum chartæ angustia excludat , succinctam
vitæ

vitæ fragilis telam texuisse & his paginis inser-
isse sufficiat.

Natus est BEATUS noster An. M. DC. XXIX.
die 23. Octobr. honestissimis Parentibus, Patre
Hans Klein urbis hujus quondam civi honorato,
vitæ integræ famæq; viro, Hans Klein civis itidē
Rostochiensis ex probitate conspicua fœmina
MAGDALENA Berndis filio; Matre ANNA,
honestissima, raræ pietatis & singularis exem-
pli matrona, DAVID Stiefers civis Rostochi-
ensis ex CATHARINA Peters fœmina orna-
tissima filia. Per layacrum regenerationis in
numerum civium celestium cooptatus à pue-
ritia id operam dedit quam maxime ut majora
de die in diem in pietate & literis, præprimis
disciplinis Mathematicis, sumeret incrementa.
Anno M. D C. XLVII. Regiomontum missus,
ubi per integrum triennium animum egregijs
artibus, mores elegantihonestate excoluit. In-
de domum redux animum adjuris studium ap-
plicuit, in eoq; ductu Virorum celeberrimo-
rum B. D. HENRICI SCHUCKMANNI, B.
D. HENRICI RHANII, DN. D. HERMAN-
NI LEMKENII, & DN. D. JACOBI SE-
BASTIANI LAURENBERGII tam gnaviter
se dedit exercitatum, ut Disputatione eleganter
conscripta de dominio. Et hujus acquirendi modis

fol 3

jure

jure gentium, eaq; in Auditorio publico sub Præ-
dio B.D. CUNRADI SCHUKMANNI docte
defensā laudem sibi favoremq; bonorum o-
niniū facile conciliaverit. Hoc eruditioñis
specimine in lucem edito Argentoratum con-
cessit, inq; itinere una opera ad alias illustres
Germaniæ Academias & urbes invisit. Argen-
torati per menses aliquot moratus Viros de
Bono literario egregie meritos, D.N. D. JO-
HANNEM OTTHONEM TABOREM &
DN. D. JOHANNEM REBHAN non sine ju-
cunditate sua & utilitate publicè audivit. Ar-
gentinæ valedicens perlustratis Academiis &
urbibus Rheno adjacentibus, ac deinceps Ba-
taviâ, Selandiâ, Flandriâ peragratis, in Angli-
am trajecit, ibi q; partim Londini apud charissi-
mū patrum senē, partim in celeberrima Oxo-
nienſi Academia consuetudine usus D.N. D.
RICHARDI ZOUCHEI, J. U. D. & P. P. alio-
rumq; magni nominis virorum, sesquiannum
exegit. Non sane tanquam otiosus aut inep-
tus speculator, nullius rei quām parentum opes
consumere gnarus, nihil præter insolentias au-
cupans, & cum novo vestitu novisq; moribus
nova vitia secum reportans ad patrios lares,
quod proh dolor! multi hodie faciunt peregrin-
antum; sed ut industrius ac circumspactus
hor-

hortic平, salutares & proficua^s herba^s car-
pit, inutiles & nocivas linquit; sic BEATUS
noster, quæ ad pietatem, ad bonos mores, ad
prudentiam, ad eruditionem omnemq; hone-
statem aliquid incrementi addere poterant, ea
in usum suum convertit: iisq; ut peccatus instru-
ctum ornatumq; gereret is omnem curam im-
pendit & operam, ineptiis aliis insuper habitis.
Sic plurima virtute & experientia excultus dul-
ce natale solum repetiit, & ut non sibi solum,
sed & aliis natum se contestaretur, abs Am-
plissima Facultate Juridica supremum laboris
studiorumq; brabænum modestè expetiit: in
examine tamen privato quam publico eum se
probavit, cui cum gloria nunquam intermo-
ritura Biretum Doctorale virtutis & eruditio-
nis præmium concedi posset, quo & ornatus
est diribitore B. D. HENRICO RHANIO
M. DC. LVII. Eodem anno de vitæ socia sibi as-
socianda consilium inire cœpit NOSTER.
Neq; successit res improspere. Auspicatis enim
nuptiis in manus illi convenit pudicissima vari-
isq; tamen animi quam corporis dotibus excellen-
ter instructa virgo ANNA, Claus Schmidts
Civis hujus urbis primarii, templiq; Mariani
præfecti fidelissimi ex ANNA Westphals filia.
Cum sua ANNA Beatus noster tam concordi-
ter

ter vixit & placide, ut nunquam opus habuerint Deæ Viri placæ fanum ingredi, quæ conjugatio tam svavis & exoptata Nestoreos meruisse annos, nisi visum fuisset aliter illi, qui supremus arbiter dispensat vitas mortesq; hominum. Nati sunt his conjugibus Filiolus unus, JOHANNES, & tres filiolæ, ANNA, WENDULA, CATHARINA, adhucdum superstites, qui præsidio paterno destituti juxta cum moestissima matre luctuosum huncce casum amarissimo lamentantur ploratu. Tueatur eos qui Viduarum judex est, & pupillorum Pater DEUS! Anno M. DC. LXIII. *Beatus noster auctoritate Amplissimi Senatus Academiae* hujus Compatroni Munificentissimi inter CONSLIARIOS Academicos adlectus & PROFESSOR Inst. Justin, in hac Universitate publicus esse jussus est. Paruit Patriæ Patribus vocantibus; Audivit eum studiosa juventus è superiori loco aliquotiens concinne docentem; audivere eum Reverendi Concilii assessores intrepidè, ubi opus erat, sententiam dicentem, & sine metu offensæ pro jure, Legum ac disciplinæ sanctitate masculè decertantem. Sed vix dum incepérat spartam divinitus sibi concessam pro virili exornare, ubi abs rerum humanaarum Moderatore summo eâ cedere jussus est.

et. Menes etenim ante aliquot cum sequore valetudine conflixtari cœpit. Initio quidem ægritudo levior & benignior visa est: sed confertim tantas vires acquisivit eundo, ut quamvis obviam ei itum sit pretiosissimis remediis, nihil tamen effectum, interim vehementia mali naturæ potestatem superavit & Medicorum elusit industriam. Audiamus ipsos Medicos: Quod ad morbum, scribunt, quo desideratissimus Collega noster (rarum illud eruditioñis omnigenæ, modestiæ singularis & conspicuæ pietatis exemplar) sensim eheu! extinctus est, non fuit ille noviter contractus, sed ab aliquot iam annis funestajecerat primordia. Deprehensa quippe in ipso conata forte viscerum duœgœia, ventricul⁹ debilis, epar calidus, hinc digestionum vitia & vasorum faciles obstructiones. Quæ mala naturalia in desinentibus studiis, lucubrationibus etiam nocturnis, & frequentissimo piæmentis perversitatem mundisériò detestantis dolore adauēta fuere. Unde proximis ab hinc annis languore sapientia recurrente flatulentis inventre doloribus, erraticis febrium lentarum paroxysmis subinde affligi eum sensimus. Accessit postmodum frequens & ferè quotidianum sanguinis è naribus stillicidium nullo remedii genere corrigendum, ex quo vires sensim dejecta & innatus viscerum calor imminutus, præternaturalis ex adverso & febrilis excandescencia aucta. Quibus vita incommo-

B

dis

dis et si præstantissimis medicaminum remediorumq;
formulis mederi lategerimus, quosdam effectus haud
vulgares subinde quoq; experti simus, radicatum ta-
men intus malum expugnari non potuit, sed consilio
omni. **E** Medico conamine superius extitit, adeò
ut succedente tandem propter extinctum sensim calo-
rem innatum hydroperico pedum abdominisq; tumo-
re, viribus indies magis magisq; exhaustis, sub ipso
Neomenia proximæ ingressu à lethali agone corripi-
cæperit, eoq; ipso ante 15. horarum lapsum devictus
inter nos ehen! esse desierit. **Hactenus Mediçi.** Sed
quid noster in hisce, uti quidem videbatur, po-
sus malis? Incredibili patientia dolores con-
coquebat & veluti devorabat omnes, ne mutire
auditus contra eum, qui morborum nos pater-
nè castigat flagellis. **I**nterrogatus num quid do-
lorum persenti ceret? nihil, reponebat, dolorum,
qui voluntatem meam divinæ conformans penitus
inter brachia salvatoris mei svariissimè requiesco,
inter qua. **E** vivere **E** mori ex animo desidero. Su-
spirium hocce propria manu consignatum,
identidem ingeminabat,

Sed quid misellus ipse tentem?

Präsidium est **D**EUS meum;

Quem spero nostras res regentem,

Nec dereliquerem suum;

Ei ð! **E**i committo curam,

Mibi credo opem adfuturam.

Was

Mein einge Zuflucht ist mein Gott
Der enderer all meiner Sachen
Mein Rettung aus der Angst und Noth:
Auff Jhn / auff Jhn wil ich vertrauen
Und stets auff seiner Hülfe bauen.

Matris ubi & Conjugis lacrymas videret, querelas audiaret, Ab mei, inquietabat, temperate vobis abs lacrymis, esto querelarum finis, sic ubi visum fuerit voluntati divine, uti longiori vita fruar usura, facile ille morbo huic medebitur; si minus, Fiat voluntas domini. Ubi fides, ubi spes vestra, que in cruce, si vera est & solida, sese manifestat? Factum tandem ut prostratis paulatim viribus, postquam abs me Confessionario suo unà cum Corpore Dominico, futuro in pugnis novissimis firmamento, salutares voces ad conscientiae consolationem & mortis metum seponendum accepisset, inter suspiria suorum plenâ in Christum fide, spe & fiducia vitæ æternæ animam placide exhalârit d. 16. April, inter 5. & 6. verspertinam. Vixit. dum. vixit. pie. justè. sobriè. Deo. religiosus. proximo. æquus. gravis. nemini. singulis gratius. pectore. candidus. ore. pacificus. re. Christianus. cuius. vivit. post. funera. virtus. Mortuus. est. pie. & placide. ð quām is felix, & terq; quaterq; beatus, qvi superato pelago tām naufrago, appulit in tām tranquillum portum!

Quin conjugem & parentem dulcissimas BEATI nostri ob inexspectatum huncce obitum dolor luctusq;

Ingens nunc coquat, & verset sub pectore fixus dubitamus nulli. In humanitas est ista, uti loqui amat Stoicorum sapientissimus, non virtus funera suorum iisdem

familiarium divisionem. Sapienti verè etiam permisæ cadunt lacrymæ, & naturalis exprimit necessitas. Sæpe salvâ sapientis auctoritate fluxerunt lacrymæ, tanto temperamento, ut illis nec humanitas, nec dignitas deesse. Leniet tamen illum funeris maritalis & apud mœstissimam matrem filialis acerbitatem paterna, quæ optima semper est, DEI voluntas, & status illius, in quo nunc est beatissima defuncti anima, abruptis quæ nostram mortalitatem vexant, adversitatibus, felicitas, ac sequendi grata necessitas. Felix, cui ita nataliredire cœlo datur, & ante lassitudinem iter exigitur: Gratulamini vobis, mœstissimæ, quod BEATUS vester inter ardentissimas, exsūto jamdudum mente mundo, & induito mortis contemtu, supplicationes post ingeminatam Conservatoris vocem, CONSUMMATUM EST, CONSUMMATUM EST, sanctissimum spiritum sine dolorum mortis sensu placidè exspiravit. Nil ille malinunc experitur aut metuit, requiescens in sinu Abrahæ, ubi nullis anxius curis, nullis saucius doloribus, DEUM videt ad voluntatem, habet ad voluptatē, possidet ad jucunditatem. Nō eo, quo quemq; Deus vocaverit, ordine ipsum sequemur.

Quod unum autem superest, hodie novissimus honor circa I. tumulando corpori exhibebitur, quem cum vestra sponte, cives honorati, per amorem, quo addictos piè defuncto vos novimus, frequentes sitis aucturi, pluribus non monemus. Dum funus comitamini, quam quisque secum gestat, recordamini mortalitatis.

Convenietur hora I. in templo Mariano.





Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn771256973/phys_0017](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn771256973/phys_0017)

DFG

GUSTAV KOCH
Buchbinderei
ROSTOCK

Wus du w...
Mein einge Zuflucht ist mein Gott
Der enderer all meiner Sachen
Mein Rettung aus der Angst und
Auff Ihn / auff Ihn wil ich vertrauen
Vnd siets auff seiner Hülffe baw

Matris ubi & Conjugis lacrymas videret,
diret, Ab mei, inquietabat, temperate nobis abs
querelarum finis, sic ubi visum fuerit voluntati di
giori vita fruar usura, facile ille morbo huic mede
mus, Fiat voluntas domini. Ubi fides, ubi spes ve
cruce, si vera est & solida, sese manifestat? Faci
ut prostratis paulatim viribus, postquam
fessionario suo una cum Corpore Domini
pugnis novissimis firmamento, salutares v
scientiae consolationem & mortis metum si
accepisset, inter suspiria suorum plenâ i
fide, spe & fiducia vitæ æternæ animam
halârit d. 16. Aprili inter 5. & 6. ve
Vixit. dum. vixit. pie. justè. sobriè. D
sus. proximo. æquus. gravis. nemini. si
tus. pectori. candidus. ore. pacificu
stianus. cuius. vivit. post. funera. virtu
est. pie. & placide. ð quām is felix, & te
beatus, qvi superato pelago tām naufragi
tām tranquillum portum!

Quin conjugem & parentem dulcissima
stri ob inexpectatum huncce obitum do

Ingens nunc coquat, & verset sub pectori
dubitamus nulli. In humanitas est ista, u
Stoicorum sapientissimus, non virtus fun

